confirmaretur non tamen ex auctoritate S. & patrum tribuentium nam explicando
inaequalitatem & diversitatem in participatione entis creaturarum res
pectu Dei sequuntur ad hanc dependentiam & ad hoc quod ipse Deus est ens
independens & creaturae entia dependentia, hoc docuit ipse Deus
Exodi 3. dicens ego sum qui sum, id est quia non habent ego sum ipsum ens
i. ens absolute & independenter ab alio idest intendit ipsos solos ad
Philippenses 3. ex quo omnis paternitas in caelo & in terra nominatur, ut vene
rat ponit Beatus Hieronymus in hunc locum, in quo denotat esse creaturas
dependere a Deo ut magna parte cuiusque perfectionis creatae idem enim inter
dum in illis locis ubi Deus dicitur esse solus bonus aut sapiens aut immortalis Marci
10. Luc. 18. ad Romanos ultimo, & in illis in quibus deprimitur creaturarum
esse Isaiae 40. omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo & quasi nihilum & in
ane reputatae sunt ei.

Ubi vere illa non est causa sufficiens analogiae propter quam est significatio

partim eadem et partim diversa. Illa dependentia quae reperitur inter Deum et creaturas, inter substantiam et accidens, causam et effectum, sit partim eadem et partim diversa quam illa est sola et adaequata causa analogiae. Probatur minor, quia ex eo quod Deus sit ens independens et creaturae sint entia tamen dependentia a Deo et similiter ex eo quod substantia minime ab alio dependeat in ratione inhaesionis, et accidentia vero dependeant ab illa in ipso genere entis, quod ipsum ens secundum suam intrinsecam et essentialem naturam petit diverso modo trahi per Deum et creaturas, per substantiam et accidens, et in ipso ente in quo conveniunt haec duo sic degamus diversas habitudines et respectus ad ista in futura propter quod eius sit eadem ratione admixtam habet aliquam diversitatem et ita manet ratio eius partim eadem et partim diversa.

AD II. SATISFIT

ad versariis.

1° Scotus arguit intendit probare rationem entis esse univocam creaturis et analogam certam et determinatam de qua famus unum nequit in memoriam. Vocat in feriori quod illa ratio una et univoca. Et firmat quod neque esse univocam necessarium est ad demonstrationem efficiendam sed sufficit quod eiusdem significatio ultimum ad demonstrationem conficiendam nam metaphysicus saepe sepius utitur hoc nomine ens in suis demonstrationibus quae sit.

Ferrara et Suarez censent sequentur entis univocationem hanc quam intendit Scotus adungi cum illa stare analogiam explicatam, ita quod sequendum est Scoto rationem significatam per ens esse certam et determinatam et consequenter aptam ad demonstrationes fundandas nihilominus quia talis ratio participat diversitatem hanc explicatam aliquo modo degenerat a bella perfecta univocatione quae requiritur ad rationem generis ideo quod analoga reputatur et extra praedicamenta reiicitur.

2° arguunt illi qui intendunt transcendentiam esse causam analogiae et sic procedunt per transcendentiam ratio entis est partim eadem et partim diversa quam transcendentia est causa sufficiens analogiae, antecedens probant, nam in primis ipsa ratio entis est ratio conveniendi et eadem in quibus ratio convenit. Deinde cum essentia entis transcendat differentias ut rationale et hujus sit ratio differentiae et quaevis est ens simul eius ratio conveniendi et ratio differendi, et consequenter erit analoga. Negando antecedens et ad probationem secundum primam partem et ad secundam dico verum esse differentiam inquam claudatur esse rationem di

ferendo & libertatis a(ut) hec di bonitas non exercet in roe entis in pluri-
mis sed in roe dictis explicita dictum convenientia & cetera non exer-
cent secundum eandem roem sed secundum libertas ideo transcen-
dentiori e causa sufficiens analogie.

Q arguitur qui pro bare intendunt dependentiam non sufficere ad ana-
logiam propter dependentiam de ceteris entis in non radix quippe eadem
operatis libertas quod dependentia non causat analogiam attamen probant quod de-
pendentia non causat dicta in ente in inferioribus in deo s. in quo par-
ticipat simpliciter & in creaturis in quibus participat secundum quid non
dignitatem roe eius.

R. ex mastro T. in 1° dist. 19. q. 5. art. 1 ad secundam duplicem liber-
tatem inveniri in aliquo roe eius unam mere probeni tenuem a differentiis
inferiorum & talis est que reperitur in roe generica animalitatis. alteram
probeni tenuem non ex meris differentiis sed ex essentiali natura rois eius que
per se talis est diversitate. s. participari absque inferioribus
& hec est que reperitur in roe entis ideo que causat libertatem in ipso ente
in ordine in ad inferiora.

Denique arguunt idem intendentes sed dependentia sufficeret ad ana-
logiam inter plura daretur analogia que vero sunt univoca quod depen-
dentia sufficit sequela antecedentis probant nam daretur analo-
gia inter intellectum & hos actus inter omnipotentem & hos actus inter
materiam & suas formas inter quantitatem & accidentia. R. non
liber dependentiam sufficere ad analogiam sed illam que reperitur inter Deum
& creaturas inter substantiam & accidens dependentiae alleg. in argumento non sunt
huiusmodi sed dependentiae secundum quid & ita non sufficientes ad causandam
analogiam & libertatem in roe entis.

Art. ultimus

rinans a quadam forma logica entis &
transcendentia

Primo dubium est an si ens comparetur ad illas substantias creatas sit analo-
gum l. equivocum aut univocum, qui existimant transcendentiam et
sufficientem causam analogie dicunt ens comparatum ad substantias et

7.

analogus cuiusvis transcendentis ad suas differentias et modos. P. Suar. disp.ª 3. 2 sect. 2 n. 26. existimat esse analogum respectu substantiarum completarum et incompletarum, quia completae inaequaliter participant ens quam incompletae, et incompletae substantiis quae respectu placet addere dicta una limitatione, scilicet quod supponit in completa sui ratione pro substantiis quibus dant modaliter quales unio quae datur inter materiam et formam, nam talis substantia modaliter essentialiter dependet ab extremis quae modificat, et ita maxima diversitas est inter illam et substantias absolutas.

2. dubitatur an ens sit univocum, scilicet analogum, comparatum ad substantias completas et ad accidentia. Affirmat P. Suar. citatus esse analogum n. 28 et 29, et ita verum est, quia substantia et in completa sit vere participat rationem substantiae et entis per se, accidens vero quamvis sit plenum, nunquam desinit manere accidens et entis in alio.

3. dubitatur est an ens sit univocum, scilicet analogum, comparatum ad 9. praedicamenta accidentalia. Affirmat esse univocum P. Suar. citatus n. 22. quod approbandum est, nam 9. praedicamenta accidentalia sunt uniformiter respectivus habere et nullae dependentiae quae sufficiat ad analogiam, et inde sequitur hanc rationem entis univocam respectu 9. praedicamentorum, deinde esse analogam, nam praeter univocationem ad rationem generis requiritur ne sit transcendens, et generica debet componere cum differentia, et diffusa debet esse extra illam. Ideo quod ratio transcendentis impedit ne aliquam univocam sit genericam, et sequenter reponatur in aliquo determinato praedicamento. Hoc haec ratio entis traversalis examinanda a latissime sumpta est, dividitur in ens completum et incompletum, et ens completum dividitur in ens infinitum et increatum, scilicet Deum, et in ens finitum et creatum, et ens completum creatum dividitur in substantiam et accidens, haec autem triplex divisio est analogi in analogata propter dicta in superioribus articulis. Deinde substantia dividitur in corpoream et spiritualem, et animatam et inanimatam, sensibilem et insensibilem, rationalem et irrationalem. Denique accidens dividitur per 9. praedicamenta, scilicet per quantitatem, qualitatem etc.

Ad extremum dubitabis aliquis an sit abstrahibilis una ratio entis ratio entis reali et entis rationis. Affirmant aliqui Divus Capreolo in 1 dist. 2. q. 1. art. 3. sed mihi negandum videtur cum P. Suar. t. 2 disp. 54 sect. 2 n. 5. ex qua ideo sententiam dari iuniores, et habetur 1 metaf. q. 1 § 2 etc. Et huius resolutionis planae ex doctrina nostra procedit ratio in q. 3. nam

entis secundum quod nos entis nullum est habeat rationem sed solum imaginarium quipiam non est dabilis in tertius entis illi et entis reali sicut non est dabilis in tertius homini vero et homini picto.

Explanatio

textuum praedicamentorum.

Caput 1m

In hoc cap. praedicamentorum Ari. duo praestat. 1. explicat naturam substantiae. 2. docet quinque substantiae proprietates. Ad explicandam naturam substantiae utitur divisione substantiae alia est prima alia secunda. Substantia prima in quidem quae neque de subiecto aliquo dicitur neque in subiecto aliquo est ut quidam homo. Secunda substantia in quibus sunt illae in quibus primae insunt ut homo et animal. Deinde confert substantias inter se et primam ante ponit secundis et inter secundas speciem ante ponit generi ac eo quas secundas quae les iudicat. Denique enumerat quinque proprietates. 1. in non inhaerere subiectis. 2. univoce praedicari de subiectis. 3. significare hoc aliquid. 4. nullum habere contrarium. 5. non suscipere magis et minus. 6. contrariorum esse susceptibilem.

Quaestio 1A De praedicamento substantiae

Congruo ordine Ar. procedit. exordium sumens a substantia quae reliquis praedicamentis antecelit. in metaf. plura de substantia examinante breviter aliquo modo enucleabimus pro notitia nostri huius praedicamenti in quo sex res praedicatas substantia aliud solocat cum Logicus ex illis praedicationem suas officiat.

Articulus 1 quid et quotuplex sit substantia

Pro 1o huius arti. ut li. ad vertendae etimologia huius nominis substantia ex aug. lib. 7. de Trinitate cap. 4. et ex Boeto in ibro lib. 2 etimologiarum cap. 2. nomen substantiae derivari a verbo susto, et a verbo substo. Substo idest est aequalis est. Diximus substantia quae sub est aliis tamquam eorum fundamentum et fulcrum eorum substantia fundamentum et sustentaculum accidentium. primum nam aliquid accidentium sunt in quibus alia accidentia alia sustentant seque quantitas. Atamen non est primum fundamentum et sustentaculum. 2o verbum sub sisto et signifacat anere in minori pedes frigere. inde transl. sanctum est ad signi ficari

dicitur res subsistens . i . per se stantes & nulli alteri innitentes ex qui
bus habemus substantias creatas (hec n. d. quaponitur in predicamento)
est ens subsistens per se cui e aci dentia innituntur
Pro secunda p. arti e substantia dividitur in completas & incompletas & abstrahentes
ab utraq: substantia completa physica e illa quae in genere substantiae ita per se est
ut alteri ad iungatur ens per accidens resultet; substantia v. incompleta e quae
pars e completae ad illas q. ordinatur in ordine ad metaphisico hec explicandi here
eo modo quo ... explicabamus ens completas & incompletas
Deinde substantia completa & incompletas subdividitur in 1.am & 2.am substantias . e de
finit ab Ari. his in hunc modum . e substantia e quae neq: de subiecto
aliquo d. neq: in subiecto aliquo e. huiusmodi sola individua substan
tialia . e substantia principaliter & maxime substantia d. q. propie par
ticipat hoc qd e substare accidentibus & in se illa recipere q. posse & inde
dependentia ab alio hoc munus exercet.
2.a substantia definitur ab Ari. his in hunc modum . substantiae secundae sunt in quibus
primae insunt huiusmodi species & genera in quibus primae substantiae . i . individua
ensunt . i . continentur potentialiter q. individua continentur ab illis magis sub ratione
potentialibus ita q. primae substantiae in secundis continentur & 2. in primis ... d.
verso modo primae in secundis continentur magis in toto potentiali . 2. v. continentur in pri
mis tamquam in toto actuali appellantur secundae substantiae secundae . i . mi
nus propiae & principales q. cateris existunt per se & substant accidentib q.
quatenus in eas continentur in primis substantiis.

Art. 2 satisfitali

qui bus Dubijs pronuntia substantiae

1 dubitabis qualis sit illa e diu. in substantias completas & incompletas per quam
substantia ut sic dividitur in duo membra . i . in substantias completas & integras
& in incompletas & partiales . R. ex q. precedenti hanc divisionem esse univoci in
univocata q. ocs substantiae modalibus exceptis vere & propie participant
naturam substantiae at v. q. e substantia ut sic transcendentalis e ... gene
rica neq: predicamentalis respondens in has e sede .
2.o dubitabis qualis e altera divisio substantiae in primas & secundas
R. hanc divisionem ... intelligendam rei in modo nam in illa substantia consi
derata in statu secundo se dividitur in se ipsas prout e in statu uni ver
sali & in statu existentis nam prout e in statu univer sali e 2.a substantia
& prout e in statu existentis e 1.a substantia. q. e completa sumpta prout e

genus in ...

genus in hoc substantiae reponit in hac e sede praedicamentali in linea recta in superiori p. et sub illa reliqua genera substantialia usque ad substantiam seu individuum quod ponitur in fundamento huius lineae recte ascendentes ab illo: in linea obliqua collaterali reponuntur substantiae incompletae. s. differentie

Dubitabis primo de substantiis in quo Aristoteles processit per negationes? Dico non esse signum. Dicendum cum Amonio. alijsque Toleto his. rem duobus casibus per initi per negationes definiri. primo cum maxima(m) sinnet perfectionem unde Deus per negationes definiri solet. 2o cum minimam sinnet perfectionem sicut se habet materia prima et alia imperfectissima entia. prima autem substantia definita ab Aristotele in hac definitione intercreata entia perfectissima et ita nihil minus si per negationes declararet a philosopho.

Denique dubitabis commode te habeant inter se substantiae definitae in re per fectionis. Dico ex Aristotele his primam substantiam reliquis esse ante ponendam quia dicitur secunda per perfectionem nempe secundum existentiis reliquas et secundas categoriae inter se praeferendas quatenus accedunt ad primam et ita Aristoteles speciem infimam substantiis reliquis ante posuit.

ARTICULUS III

nam sunt substantiae proprietates.

Primo proprietas substantiae secundum Aristotelem est substantiam non esse in aliquo subiecto quibus proprietas inhaerent substantiae primae quia nulla non in subiecto est in haerebo modo sicut est accidens, nam substantia secunda et si non est in illo in haerebo sed magis pars intrinseca illius.

Sed dices hanc proprietatem non obvenire soli substantiae et omnibus substantiis incompletis quales sunt forma dependens a materia in qua est a sub forma et propterea substantiae materiales qualis est unio dependens a materia et forma quas unit. Dico nullas esse substantias quae dependeant a subiecto in ratione quo dependet accidens nam hoc unit per inhaerentiam et unio non est nisi dentibus substantiae incompletae. s. formae unitiva media unione substantiali modi substantiales sequuntur naturam extremorum quae uniunt.

2a proprietas est univoce praedicari de subiectis quae sunt obvenit substantijs secundis quatenus substantiae secundae quatenus naturae univoce et ita extendit hanc proprietatem ad accidentia univoca.

3a proprietas est hoc aliquid significare. s. significare res singulares quae proprietas sunt obvenit primis substantijs. Dico Lanne qui existit ...

ut vidimus q. s. secundas substantias s. universales significare ali-
qd dissinctum a singularibus.

4. proprietas est nullum habere contrarium, propria proprietate intelligenda ad verte ex dicendis in cap. de post predicamentibus. res sibi invicem requiritur ut ali-
qua dicantur inter se esse contraria 1. sub eodem genere esse alioquin non contraria sed
diversa erunt. 2. qd sint res positive. 3 ut ab eodem subiecto mutua actione
et repassione se expellant. propter quam ultimam conditionem substantie contrarium
non habent quia non habent subiectum a quo se expellant et quamvis forme substan-
tiales ab eadem materia se expellant non se expellunt immediate sed me-
diis qualitatibus contrariis.

5. proprietas est substantiam non suscipere magis et minus. i. non pati in sue ge-
neris gradualem intensionem. huius proprietatis in philosophia consider-
sum adverte hanc et precedentem proprietatem non esse quarto modo quia etiam obe-
niunt aliis a substantia s. quantitati que etiam contrario caret et non suscipit
magis et minus.

6. ultima proprietas est esse susceptibilem contrariorum absque sui mutatione
et hanc proprietatem vult Aristoteles esse maxime propriam substantie illa vero 1.
et per se obenit primis substantiis et secundario secundis.

Contra hanc proprietatem primum dubium est oratio seu propositio non est substantia et tamen
susceptiva est contrariorum quia eadem propositio vera potest esse et falsa et ideo quarta non est propie-
tas ipsa solius substantie. Resp. nomine propositionis posse intelligi propositionem vel
vocalem aut mentalem. si vocalis intelligatur nullomodo quia veritas
et falsitas est quid extrinsecum illi si mentalis intelligatur nullo modo
que est vera potest reddi falsa. ut videmus libris de interpretatione.

2m. dubium est contra eandem proprietatem angeli et celi substantie sunt et tamen non
sunt susceptivi contrariorum quia sunt substantie incorruptibiles et incapaces
contrarie qualitatis que tendunt in corruptionem. Resp. angelos et
celos licet non recipiant qualitates contrarias ad corruptionem disponentes
posse recipere alias qualitates contrarias que ad productionem non disspo-
nunt sicut sunt actus erroris et scientie odii et amoris et motus contrarii lo-
cales

3 dubium est contra eandem proprietatem quantitas recipit qualitates contra-
rias intellectus et voluntas actus contrarios et tamen substantie non sunt, quia ista
proprietas non est solius substantie. Resp. quantitatem intellectum et vo-
luntatem instrumentaliter et minus principaliter recipere
has qualitates contrarias proprium autem substantie est illas reci-
pere ut qd et principaliter.

Cap. 2 De 1° Predicamento quantitate scilicet.

Aris in 2 cap. predicamentorum de quantitate disputat, & tria prestat. 1° tradit triplicem divisionem quantitatis. 1a est quod una est aliud per se, aliud per accidens. 2a quantitas per se aliud continuum, aliud discretum. 3a quantitas aliud constat ex partibus positionem habentibus, aliud ex partibus positione carentibus. 2° explicat naturam duarum posteriorum antecedentium. 3° ostendit quantitatis proprietates.

Q° 1a De Predicamento quantitatis.

Per predicamentum supponitur a logicis Aris agere de predicamento quantitatis, quae etsi quantitas in perfectior sit qualitate, est tamen magis facilis cognitu quam qualitas, & in multis assimilatur predicamento substantiae, ideo quod substantiam de illo instituitur sermo.

Art. 1 Premittunt aliqua pro natura quantitatis continuae & referuntur doctorum placita.

Lg. hac sm agit de quantitate per se & non de quantitate per accidens, nam quantum per accidens ut docet hic Aris est quidquid non habet naturam quantitatis, sed ab alio dr quantum, huiusmodi sunt accidentia quae in quantitate recipiuntur & ab illis quanta & extensa redduntur. quantitas quod per se est quae vere habet naturam quantitatis, ordinatur a veteribus predicamentum & propria huius de hac quo dicimus & modo de 1° eius specie & precipue .s. de quantitate continua.

Et in primis advertendum dist. quantitatis quam refert sanctus T. 1 p. q. 42 art. 1 ad primum ex B. cum Aug. q. de Trinitate. Dat quod quantitas molis & quantitas virtutis. 1a est quae interior... reperitur in partibus molem & corpulentiam. 2a quae etiam spiritibus obtinet, imo & Deo & significat perfectionem naturae & eorum alicuius. non igitur disputamus de quantitate virtutis sed de quantitate molis & corporis in quo consistit eius essentia.

Proque difficultate tres referuntur sententiae celebriores. 1a asserit quanti-

ratis essentiam consistere in divisibilitate, id est, in illa entitate quae apta est ut in plures partes dividi possit. Ita Scotus q. 17 praedicamentorum, lib. 5 metaph. q. 9, quem sequitur tota schola Antonius Andreas apud Rubionem hic q. 1, idem q. sequitur ex Thomistis Capreolus, Soncinas, Iavellus 5 metaph. q. 2 et tribuitur sancto T. 5 metaph. lect. 19 et opusculo 42 cap. 20.

2a sententia constituit quantitatis essentiam in mensurabilitate, id est in illa entitate apta ad hoc ut sit mensura activa seu passiva, id est ut ipsa sit mensurabilis seu sit mensura respectu aliorum. Tribuitur haec sententia sancto T. opusculo 52 et fundamentum habet in dictis.

3a sententia vult essentiam quantitatis consistere in extensione partium, quae sententia sub his tribus generalibus inter veteres et recentiores plures fautores habet; illam sequitur Durandus in 2 dist. q. 1 n. 26, Nifus et Soncinas et Lovanienses apud Suar. tom. 2 disp. 40 sect. 4 n. 7; idem sentit Doctor Fons. 5 metaph. cap. 13 q. 1 sect. 9, post Suar. citato n. 15 et Doub. hic q. 1a, P. Tolet. hic q. 13 in 1 et 2. Haec media sententia varie explicatur ab ipsis doctoribus, inter quos distinguitur triplex partium extensio. 1a dicitur extensio entitativa quae consistit in eo quod aliquae entis partes inter se distinctae sint in ordine ad se, secundum suam cohaerentiam et continuitatem quam habeant ad invicem, v.g. in homine quo manus immediate unitur cum brachio et hoc cum capite et brachium cum humero etc. 2a extensio dicitur localis aptitudinalis, quae talis naturae est ut illi debeatur extensio localis actualis in ordine ad locum. 3a est extensio localis actualis quae etiam dicitur situalis. Dur. citatus et nonnulli recentiores existimant essentiam quantitatis consistere in hac ultima extensione locali actuali. P. Suar. et Doub. citati cum aliis existimant consistere in 2a extensione locali aptitudinali. Reliqui vero Doctores nostri expresse loquuntur, sanctus T. 4o gentes cap. 65 videtur quantitatis essentiam statuere in 1a extensione entitativa; quod videtur sequi Ferr. ibidem cap. 64 et Caiet. 1 p. q. 52 art. 1 tribuitque Capreolo, Occamo et Iabello citatis.

Art. 2 Statuitur in quo consistat essentia quantitatis

Dicendum est naturam quantitatis non consistere in divisibilitate aut mensurabilitate, ut ista est doctorum primae sententiae, immo sanctus T. qui pro duplici sententia prio ri afertur nobis non adversatur, nam quando per divisibilitatem et mensurabilitatem quantitatis naturam explicavit, id facit non quia existimet in illis consistere essentiam quantitatis, sed quia per proprietates ut posterius magis notas intendit explicare essentiam.

Probatur, probatur cum in entibus illa quae se habent velut radices et fundamenta a quibus alia dimanant respiciunt essentiam et naturam talium entium, et illa quae sequuntur ad tales radices, velut rami ab illis profecti, proprietates

passiones & proprietates & divisibilitas & mensurabilitas ? se habent
? modo sed 2° sed proximum est essentiae quantitatis, sed passiones & proprietates
illius maior et gratiae minor est probo quia divisibilitas est aptitudo ad divisionem &
mensurabilitas est aptitudo ad mensuram, sed utraque aptitudines nobis po-
nunt entitates extensas quae apta sit dividi & mensurari ergo essentia
quantitatis non potest consistere in aptitudinibus quae supponunt aliud
prius quam radicem a qua dimanant.

C. Dicendum 2° quantitatis essentia non consistit in extensione locali actuali seu
actuali qua scilicet partes corporis correspondent diversis partibus loci spatio et communis scholas-
ticorum quidem in 4 dist. 10. & tertia parte q. 76. art° 4 defendunt Christum
Dominum in eucharistia integram habere suam corporis quantitatem & non ibi ca-
ret extensione locali actuali ? actuali, nam Christus Dominus in eu-
charistia vere est praesens speciebus panis ut eius corporis partes correspondeant
partibus distinctis loci sed indivisibiliter existit totum corpus
sit in tota ostia & totum in qualibet parte quantumvis minima sicut
anima nostra in corpore. Quibus suppositis monstratur probatio. Christus Dominus
in eucharistia habet integram quantitatis essentiam & non habet extensionem
localem actualem ergo in hac extensione locali non potest consistere quantitatis essentia
maior & minor ? certa iuxta dogmata theologica nostrae fidei & late in theo-
logia ostendunt & ? negari non potest unde Durandi & aliorum senten-
tia in hac parte gravi ignominia inuritur a doctoribus videantur P. Su. 3 parte t. 2. disp.
51. sect. 2. & disp. 52 sect. et 3 2.

C. Dicendum 3° quantitatis essentia non consistit in qualibet extensione partium
entitativa licet sit certa apud aliquos iuniores ea quae defendunt P. Suar-
& Dub. ? ? & communiter ex illis doctoribus ut in eius probatione constabit. Omnia
entia corporea praeter ? ? a quantitate habent extensionem par-
tium in ordine ad se entitativam ergo quantitatis essentia non potest consistere
in hac extensione partium entitativa quae est communis omnibus doctoribus separa-
bilibus & accidentalibus. antecedens in quo est vis controversiae negari a nullis Thomis-
tis & ita probatur substantia corporea vel recipit in se totum in subiecto in-
mediate quantitatem ergo habet in se aliquam partium extensionem. pro-
bo consequentiam quia aliter non posset intelligi quomodo quantitas extensa totum unius
illius commensuraretur & substantia vel posset in ipsa separatio si separatio
non haberet partes extensas mediis quibus vel posset quantitatis partes. 2° probatur
eadem sententia quia cum lignum in varias partes secatur non solum partes quantitatis separ-
antur sed etiam partes ipsius substantiae ligni ? partes divisi ligni non solum

u partes quantitatis id est separatae alioquin quantitas esset omnino
tanea & sub eo qd naturaliter implicat.

Dicendum 4° quantitatis essentiam consistere in illa extensione partium contra
taria quae sub oritur immediatis accidentiis 2 & radix extensionis
localis actualis impenetrabilitatis divisibilitatis & mensurabilitatis
Ista est ad mentem com. sententiae ut colligitur ex conclusionibus praecedent
ibus & probatur manifeste quia quantitatis essentia debet consistere in aliqua
partium extensione sed non consistit in qualibet extensione entitativa ut
vidimus in c. 1. neque consistit in extensione locali actuali ut vidi
mus in c. 2 quia restat consistere in extensione ipsa entitativa quae est subiecti
aut deinde & radix extensionis localis actualis &c. Item quia secun
dum com. sententiam impenetrabilitas divisibilitas & mensurabilitas
est passio vel quantitatis quia in illa extensione a qua demanant ipsae pro
prietates consistit quantitatis essentia.

Art. 3 quantitatis proprietates explicantur.

Triplex est quantitatis proprietas ab Aris. explicata 1a est non habere contrarium
2a non suscipere magis & minus quae iam explicatae sunt in praedicamento substan
tiae. 3. est suscipere aequalitatem & inaequalitatem. sed hic ulterius
subponit alias a com. sententia imbestigatas quae prius examinandae erunt.
1a proprietas quantitatis ut patet a doctoribus est extensio localis actualis eo quod na
turaliter omni quantitati debeatur ipsa extensio localis actualis in quo autem
consistat essentia huius proprietatis exanides (?) sic cum essentia ubi & situs
dicend

2 proprietas cognita a doctoribus est impenetrabilitas eo quod est corpori quan
to naturaliter debeatur impenetrabilitas i. non posse corpori simul
cum alio corpore quanto et eo n. qd aliquod corpus quantum extensum
sit actualiter in ordine ad locum & ut per extensionem aliquod spatium
habet etiam expellere ab illo spatio alterum corpus quantum & ut illa pe
netrari non potest ista ergo aptitudo ad expellendum corpus dicitur impenetrabilitas
& est 2 proprietas quantitatis.

3 proprietas est divisibilitas pro qua proprietate intelligenda adverte
dari triplicem divisibilitatem alia est divisibilitas metaphisica quae exer
cet per intellectum alia est divisibilitas fisica quae exercet per sepa
rationem realem sed haec divisibilitas fisica alia est quantitativa
alio nomine generali apellatur realis ista ultima exercet inter
partes cuiuscumque rei spiritualis i. corporeae realiter distinctas
quantitativa vero tm exercet inter partes quantas partes & haec divisibili

tas quantitativa est 3 proprietas quantitatis.

4a proprietas est mensurabilitas, propria proprietate etiam ad verificari dupliciter nomen mensura est n. alia mensura in perfectione et alia mensura in quantitate mensurata in perfectione est secundum Ari. 10 metaf. cap. 1. est id quo est venit quod q. cognoscitur. i. illud medio quo cognoscimus perfectionem aliorum entium unde pro manavit illud axioma primum in unoquoque genere est mensura ceterorum. i. perfectius in unoquoque genere quod q. mensurabilitas potest tamquam proprietas quantitati et accipit pro mensura in perfectione sed pro mensura in quantitate quae etiam definiri potest mensura quantitativa est qua quantitas cognoscitur quae accipi potest activa et passive activa accipit pro aptitudine ad mensurandum alia et passive pro aptitudine ad mensurationem proprietas. hic igitur sumitur aptitudinalis quantitativa activa et passibile sumpta est quarta proprietas quantitatis.

5. proprietas est quantitatis esse finitam vel infinitam de qua proprietate Aristoteles physicos tractat et ista proprietas intelligenda est ut plerique videlicet quantitati finitae convenit esse finitam esse terminatam est aliquo termino ultimo positivo et infinitae quantitati convenit infinitam esse. i. interminatam est aliquo ultimo termino.

Ultima proprietas est quantitatis esse fundamentum aequalitatis et inaequalitatis quae proprietas intelligenda est fundamentaliter nam aequalitas et inaequalitas formaliter sumptae potius sunt relationes et spectant ad 3. praedicamentum.

Art.9 4 De speciebus quantitatis continuae.

Quantitatem continuam hactenus explicatam dividit Ar. in q. species in lineam superficiem et profunditatem locum et tempus.

1a species quantitatis continuae est linea de qua plura mathematici, sic autem definiri solet est longitudo expers latitudinis et profunditatis cuius partes copulantur continuis indivisibilibus. Punctum est cuius pars nulla est quae quantitas expers longitudinis latitudinis et profunditatis.

2a species est superficies et est longitudo latitudoque expers profunditatis et quam admittunt lineae partes punctis indivisibilibus uniuntur et superficiei partes lineis uniuntur.

3 species est profunditas seu corpus quod habet trinam dimensionem longitudinem latitudinem et profunditatem cuius q. partes uniuntur superficiebus.

4 species est locus de quo plura in lib. 4. physicorum. breviter sumitur locus multipliciter accipi i. pro illo spatio extrinseco quod occupant corpora 2o pro praesentia intrinseca qua mediante corpora tali spatio assistunt 3o pro corpore circumstante et ambiente rem quae est in loco. ita se habet

bas in qua aqua continet. locus ergo quae est species quantitatis accipitur pro 3.
acceptione tempore pro superficie ambiente rem locatam quatenus me
dia illa mensurando res quae est in loco.

5. species est Tempus de quo plura in 4 phisicorum. advertendo modo Tempus
dupliciter accipi. 1 accipitur pro imaginario tempore & intervallo quo
apprehendimus esse in perpetua successione. 2° pro vera & reali duratio
ne successiva entium maxime caelorum praecipue motus & gyrationes eorum.
Tempus ergo quod est 5. species quantitatis accipitur pro 2. acceptione quatenus
medio illo dicta entia in sua duratione mensurantur.

Art. 5. an linea, su

per ficies, & pro funditas, sint species completae quantitatis & locus & tempus verae ad

Duplex est difficultas expendenda in hoc art. 1a est an illa triplex species
quantitatis linea superficies & pro funditas sint species completae. 1. tripl.
affirmant communiter DD. ex Ar. hic & ex sancto T. opusculo 48 . . . cap.
un. procedit D. Tom. in 5 metaf. cap. 13 q. 6 maxime sect. 3. P. Suar.
2 disp. 40 sect. 6. P. Dub. hic q. 4 a quibus discedunt aliqui recen
tiores qui has species reputant esse incompletas.
Rationes fundamentales est quia illa entia in completa iudicantur quae ordi
nantur ad complendum aliud ens, id linea ordinatur ad complendam superficiem
& superficies ad complendam profunditatem & profunditas ad complendum
corpus ergo istae tres species incompletae sunt reputandae & non completae. Confirmatur
quia materia aut forma incompleta entia reputantur quia ordinantur ad complendum
unum integrum compositum quod tamen licet linea superficies & pro fundita
si qui dem ordinantur ad complendum unum corpus.
Propterea non est dubitandi & contra auctoritates in 3 vius a lata. Dicen
dum est 2. lineam & superficiem in una ratione esse completas species, & in altera incompletas.
linea species completa est quantitatis in ratione quantitatis linealis & superficies etiam
est completa in ratione quantitatis superficialis, sunt tamen species incompletae in ratione
corporis ad quod componendum ordinantur sicut genus, v.g. animal est completum in ratione gene
ris prout fiat ex vivente sensibili & est incompleta pars speciei infimae s. hominis
ad cuius constitutionem ordinatur exemplum autem de materia & forma a latum a iunio
ribus est dissimile nam materia & forma non sunt partes & in nulla ratione tota completa.
2 difficultas praedicabus speciebus ultimis s. pro loco & tempore an istae vere
pertineant ad specificam naturam quantitatis est hoc dicitur sunt DD. res tamen
facilis est & ita breviter resolvenda. proprie quo loquendo tempus & locus ad
quantitatem non spectant cum dicant alios naturas spectantes ad alia
praedicamenta. minus tamen proprie loquendo aliquam quantitatis natu
ram induunt quatenus in suo genere exercent rationem mensurae.

& inst. subs ipsa in propria roe ad hoc predicamentum reducunt tres species temporis & loci iuxta vulgarem acceptionem.

Art. 6. De specieb. quantitatis discretæ

Præter quinq. species quantitatis continuæ iam enumeratas Ar. duas alias enumerauit, pro quantitate discreta, 1ª species est numerus 2ª oratio, de quibus speciebus duo sunt examinanda. alterum est an sint entia per se alterum an proprie pertineant ad predicamentum hoc.

Pro 1º difficultate aucupe sancti T. verba. 7. metaph. lect. ultima. compositum quandoque dicitur sortitur speciem ab aliquo uno. quod est. s. sua ut ut in corpore mixto [illegible] ut ut in domo. s. ordo ut patet in hac ablatione & numero & hinc quoniam [illegible] compositum sit unum simpliciter, quando quod compositum sortitur speciem a ipsa multitudine partium collectarum ut patet in aceruo & aliis huiusmodi & in talibus totum compositum non est unum simpliciter sed secundum quid. hactenus S. T. ex quibus verbis colligendum est ut colligunt Canapicius 3 met. q. 9. & D. Rub. hic q. 2 multiplex esse genus entis per se iuxta proprietatem suæ subquantitas una ss. 1. locum obtinet ens per se sicut cuius sua una substantialis & substantialiter unitur ut audit in 2m locum obtinet compositum sicut cuius sua est aliqua compositio sub qua plura ss compositio & accidentaliter unita sicut audit in domo. 3m locum obtinet compositum sicut cuius sua est aliquis ordo sub quo plura ordinata ss ut audit in hac ablatione seu oratione & in n.

Ex qua doctrina colligitur resolutio 1. dubij & reconciliatio nobilium doctorum qui in hac re discordant & omnium breuitatis causa, numerus quoque & oratio ss entia per se in infimo gradu qui dicunt ordinem sub quo aliquas unitates seruant at non sunt entia per se in 1 & 2 gradu quod non habent aliquam formam realem substantialiter. s. accidentaliter unitam sub qua absolute unum per se efficiant.

Pro 2º dubio an s. numerus & oratio sint propriæ quantitatis species est controuersia inter DD pro quo aduertendum est duplicem acceptionem numerum dari. 1º accipitur numerus transcendentaliter pro unitatibus cuiuscunq. rei modo sint spirituales modo corporeæ modo substantiales modo accidentales 2º accipitur nunc quantitatiue pro unitatibus quantitatibus & ipse nunc quantitatiue super addit aliquid supra numerum transcendentalem nempe ipsam rationem quantitatis & in hoc sensu explicari possunt aliqui DD qui dicunt numerum addere aliquid supra unitates nisi velint numerum supra unitates dicere denominationem extrinsecam prouenientem ab intellectu numerante. ergo quantitatiue sumptus est vere species quantitatis discretæ quod dicit plures quantitates discretas seu separatas.

De oratione seu hac ablatione est controuersia inter DD an proprie sit species

quantitatis discretæ, & sane cum rigore loquendo oratio vocalis seu sylaba non participat propriam naturam quantitatis, eo quod in oratione vocali solum reperitur sonitus prolatus, qui est qualitas, & motus seu actio talis sonitus & duratio successiva illius, quæ omnia aliena sunt a natura quantitatis; sed quia in oratione & sylaba mensura reperitur, appellamus scilicet illam longam vel brevem, ideo improprie sicut tempus & locus iuxta vulgarem acceptionem reducitur ad speciem quantitatis discretæ.

Art.^s ultimus asignat

def.^{es} pro quantitate & eius speciebus & satis fit aliquibus dubijs

In superioribus articulis potius explicavimus naturam specierum quantitatis quam naturam quantitatis ut sic, eo quod ex notitia singularium specierum facilius cognoscitur natura quantitatis in communi.

Quantitas igitur in communi sumpta prout abstrahit a continua & discreta sic definiri potest: quantitas est primum substratum accidentium & radix extensionis localis impenetrabilitatis &c. Quantitas vero continua est extensio quæ primo est substratum accidentium & radix extensionis localis actualis impenetrabilitatis &c. cuius partes unionibus copulantur. Quantitas discreta est extensio quæ est substratum accidentium & radix extensionis localis actualis impenetrabilitatis &c. cuius partes unionum expertes sunt.

1.° dubitabit aliquis an quantitas discreta proprie loquendo sit specie diversa a quantitate continua. Ratio dubitandi est quia in eo tantum quantitas discreta a continua distinguitur quod continua habet partes unitas & discreta partes separatas.

R. absolute has duas quantitates specie esse distinctas, sed quodam genere distinctionis quod solet reperiri inter includens & inclusum, nam quantitas continua dicit quidquid dicit quantitas discreta & insuper dicit uniones quibus caret quantitas discreta, at vero secundum negationem quam connotat quantitas discreta, scilicet carentiam unionum, specie distinguitur a quantitate continua, & secundum hanc connotationem sicut quantitas continua est radix divisibilitatis, commensurabilitatis & æqualitatis vel inæqualitatis, ita quantitas discreta est radix multiplicabilitatis, enumerabilitatis & imparitatis.

2.° dubitabis quomodo quantitas discreta seu numerus possit esse species quantitatis cum sit ens rationis, iuxta propositam auctoritatem Art. 4. Physicorum text. 131. dicentis impossibilis est numerus si est impossibilis numerans, id est intellectus qui numerat. Deinde quia formalitas numeri non datur absque operatione intellectus, eo quod forma numeri est ultima unitas, ut docet Sanctus Thomas 5. metaf. lect. 2. nam mutata ultima unitate mutatur numerus. Si binario addas ultimam unitatem, iam non est binarius sed ternarius, & si adimas, binarius non est binarius neque numerus sed unitas; hanc vero unitatem esse ultimam, scilicet illam, opus est intellectus hanc constituentis ultimam, scilicet illam.

et in quantitate discreta seu in numero aliud est numerabilitatem i. aptitudinem ad numerationem. aliud est numerationem seu exercitium numerabilitatis 1m. est quid reale in quo consistit ratio quantitatis discretae et numeri. 2m est denominatio extrinseca fundamentum entis rationis proveniens ab intellectu. Ars. quod alanus intelligendus est de numeratione actuali non de numerabilitate. deinde 2a ratio et auctoritas sancti T. potest intelligi de ratione formali aptitudinali numeri. I. de actuali. Si 1o modo intelligant vero denotat aliquam realitatem nam reale est in unitatibus esse aptas ad ultimam et 1m unitatem. si 2o modo intelligant denotat denominationem extrinsecam. hec sufficiant pro predicamento quantitatis cuius plures restabant difficultates que consulto reservant in philosophia.

CAP. 3. De predicamento relationis

In hoc cap. Ar. disputat de predicamento quod dicitur predicamentum ad aliquid seu predicamentum relationis et in hoc cap. tria prestat 1m tradit definitionem relationis sive ad aliquid ad talia dicuntur que cum sibi ipsa que sunt aliorum esse dicunt I. commode liber aliter ad alterum 2o enumerat relativorum proprietates id habere contrarium 2o suscipere magis et minus 3o. ad convertentia mutuo dici 4. relativa esse simul natura. in tertio propter aliquas objectiones tradit aliam definitionem pro relativis. relativa sunt quibus hoc ipsum esse est ad aliquid ad aliquid quodam modo se habere ex quadem infert aliam proprietatem. relativorum simul cognosci simul que definiri debere:

Q. 16. De predicamento relationis.

Predicamentum relationis imperfectius quidem est predicamento qualitatis nihilominus prius de illo disputat Ar. quod eius notitia necessaria est ad cognoscendum predicamentum qualitatis et quia etiam in quantitate fundant aliquae relationes que priores sunt ipsa qualitate. Item habemus pre manibus intentionales tam realia quam accidentalia imperfectissimam et sequenter propter suam imperfectionem effugit nostri intellectus capacitatem incumbendum erit claritati et studio ut interveniente certiora eligamus:

Art. 1. an existat relatio.

Non est sermo de relatione rationis quam intellectus noster potest effingere ut vidimus supra qd. de relatione reali in hoc art. petimus an existat et prius annotandae sunt variae acceptiones relationis realis.

1° accipitur relatio pro relatione quae dicitur relatio secundum dici. Cui relationi adaptat 1ª def. Ars. *ad aliquid talia dicuntur, quae eorum ipsa quae sunt aliorum esse dicuntur*. itaque relatio secundum dici reputatur illa quae in recto est nihil importat relationis seu respectus sed vere habet esse absolutum, & in respectibus intelligitur tamen & explicatur per voces & respectus ac si haberet esse respectibus, ut potentia divina in ordine ad effectus quos potest producere & scientia divina in ordine ad obiecta quae potest cognoscere apprehendunt tamen relationes cum vere earum relationes non sint sed absoluta.

2° accipitur relatio realis pro relatione secundum esse huic accommodat 2ª def. Ars. *relativa sunt quorum esse ipsum est ad aliquid quodam modo se habere*. itaque relatio secundum esse illa est quae vere habet esse respectivum & in ordine ad aliud & non mere absolutum huius modi est filiatio quae essentialiter consistit in respectu & relatione ad patrem.

3° accipitur relatio realis pro relatione transcendentali haec autem quae reperitur in omnibus generibus entis & ita proprium praedicamentum non habet sed per omnia vagatur, reperitur inter causas & suos effectus, inter omnes cognitiones & sua obiecta, inter omnia accidentia & sua subiecta, quia haec omnia percipi possunt sine habitudine & respectu.

4° relatio realis accipitur pro relatione praedicamentali illa est quae particulares habet relationis dicitur propter quam constituit hoc praedicamentum in cuius explicatione sumus talis est relatio similitudinis quae reperitur inter duo alba & relatio aequalitatis quae reperitur inter duo aequalia.

Quibus praehabitis acceptionibus petit artus an sit concedenda relatio realis. negant aliqui ex antiquioribus filosofis quos refert Averroes 12 metafisicae tex. 19. quos sequuntur aliqui nominales Ocham, Gandabus, Aureolus relati a P.re Dub. hic q. 2. qui volunt solum esse concedendas relationes rationis effectas ab intellectu. sed partes affirmativas sequitur tota scola peripateticorum in hoc cap. cum Ars. ne igitur discedamus a communi modo loquendi & sentiendi admittendae erunt relationes reales.

1° probatur ex ratione desumpta ex perfectione universi in quo secundum sententiam filosofi (ut vidimus lib. 1 de caelo) omnes gradus entis continentur. ideo nam universum dicitur quia ex omni gradu & genere coalescit sed unus ex gradibus entis est ens relativum seu respectivum quare talis gradus entis concedendus est. ista videtur legitima cum aliunde non repugnet talis gradus essentiae.

2° probatur ex propriis rerum naturis. videmus aliquas naturas multas inter se similitudines & habitudines dicentes etiam non interveniente operatione mentis quae illi ordines habent esse reale & respectibus. ac omnibus manifestis exemplis nam vere quia unus homo s. petrus habet eandem naturam cum paulo refertur ut similis ad ipsum paulum & quia paries albus habet in se albedinem sicut alter paries est similis pariti albo & non similis pariti nigro, & in ceteris aliis exemplificari poterat.

Art. 2 an existat

relatio transcendentalis, relatio secundum dici &,
relatio prædicamentalis.

Ex art. 1. constat non posse negari existentiam relationis realis in hoc art. petimus an
omnes istæ tres acceptiones existant prout distinctæ sunt inter se. s. relatio secundum dici,
transcendentalis, & relatio prædicamentalis.

Aliqui ergo confundunt relationem secundum dici cum relatione transcendentali, alij vero
unam ab altera distinguunt ita procedit P. Suar. t. 2. disp. 47. sect. 3. à n. 9 idem
ex Thomistico defendit P. Barg: t. 2 in 1. p. disp. 73 cap. 4.

Ex doctoribus qui distinguunt relationem secundum dici, a relatione secundum esse
s. á relatione transcendentali invenit Henricus qui ex Abicena existimat relatio-
nem secundum dici esse relationem rationis cum relatio secundum dici importet naturam
absolutam apprehensam per modum relationis. quod probabiliter. ad mentem esse existimat
Suar. tamen & ipse sentiat ipsas relationes absolutas esse relationes secundum
dici non relationes rationis nam istæ etiam sunt relationes secundum esse non secundum esse rea-
le sed secundum esse rationis quem modum dicendi magis explicuit P. Baz quod
citatus ex sancto T. 1. p. q. 13 art. 7. corpore contra cuius doctrinam ipsa sub-
iecta realia adquæ consequuntur relationes secundum esse transcendentales. s.
prædicamentales ipsa in quantum substantia relationes sunt secundum dici.

Hæc sententia P. Baz ex sancto T. relata veri similior videtur tum propter tes-
timonium sancti T. cuius verba hæc sunt. ad 1. dicendum quod relativorum quædam
sunt imposita ad significandum ipsas habitudines relativas ut Dominus P. &c. & hæc
dicuntur relativa secundum esse quæ dam vero sunt imposita ad significandas naturas
quas consequuntur quædam habitudines sicut caput & capitatum quæ dicuntur rela-
tiva secundum dici. accedit etiam non valde efficax quia relatio transcendentalis
aut prædicamentalis vere habent esse relativum, quia non possunt esse sine rela-
tiones secundum dici sed relationes secundum esse, at vero substantia absoluta in
quibus tales relationes transcendentales & prædicamentales intelliguntur
in esse cum verum habeant esse relativum sine possunt dici relationes secundum
dici quia de illis dicuntur & prædicantur relationes secundum esse.

Non omni non difficultate inter doctores in discernendas relationes transcendentales
á relationibus prædicamentalibus & in primis discrimen dari inter illas
fatetur schola Thomistarum & ex nostris P. Suar. citatus. P. Rub. hic q. 5. P. Fons.
t. 2. lib. 5. cap. 15. q. 1. sect. 4. & P. Toletus hic q. 1. & ex Thomistis maxime Ca-
ietanus non sine [illegible] ex doctrina Santi T. cap. 7. de ente & essentia q. 15. contra Scotum
qui non agnoscit relationem transcendentalem.

Discrimina vero quæ assignant inter relationem transcendentalem & [illegible]

dicamentales ad sequentia reduci possunt. 1.m est relationes transcendentales respicere suum terminum sub aliquo titulo sicut creaturae respiciunt Deum in genere causae et accidentia respiciunt substantiam in genere proprium subiectum at vero relatio praedicamentalis respicit suum terminum in genere puri termini sine aliquo titulo sicut filiatio respicit patrem qui neque est causa materialis neque formalis neque efficiens aut finalis filiationis sed pure terminus.
2.m discrimen est relationes transcendentales esse essentiales rei relatae et consequenter seipsas referre sicut creaturae seipsas referunt ad Deum at relatio praedicamentalis non se sed aliud a se distinctum refert sicut filiatio refert filium ad patrem.
3. discrimen est relationes transcendentales etiam posse existere non existente termino quem respicit sicut causa relatione transcendentali respicit effectus quos producit et si non existant. at vero relatio praedicamentalis quia totum suum esse est ad aliud in genere ad pure terminum non potest existere deficiente termino et ita non datur non datur filiatio non existente patre.
4.m discrimen est relationes transcendentales posse reperiri etiam inter ea quae non distinguuntur realiter sicut inter essentiam et illius proprietates quae semper intellectus distinguerent ab essentia sicut se habent passiones entis respectu illius. at vero relatio praedicamentalis non potest dari nisi inter ea quae realiter distinguuntur. hoc discrimen displicet P. Suar. citato disp. 47. sect. 4. n. 4. et merito iuxta ea quae nos dicebamus in q. de universalibus. itaque omnis relatio realis est petit extrema realiter distincta. nam relatio quae datur inter ea quae per rationem distinguuntur non potest esse realis sed rationis cum ante distinctionem rationis non daretur, quae doctrina habetur in sancto T. 1. p. q. 13. art. 7.

Art. 3. an sit admitenda

relatio transcendentalis distincta a praedicamentali contra Scotum.

Scotus in 4. dist. 12 q. unica negat respectum intrinsecum alicui rei absolutae et consequenter relationes transcendentales quas essentiales et intrinsecas esse rebus ascribimus sed fundamenta illius in fine articuli proponentur et solvantur.
